

MANUALE RITUUM

IN CURA ANIMARUM SAEPIUS OCCURRENTIUM RITUALI ROMANO DESUMPTUM

*preces quae juxta S. R. C. Decretum
diei 21. Maii 1920 lingua vulgari dici
vel iterari possunt, continens*

1955

ČESKÁ KATOLICKÁ CHARITA

DE SACRAMENTO MATRIMONII

CAPUT 1.

RITUS CELEBRANDI MATRIMONII SACRAMENTUM

Parochus Matrimonio adfuturus, publicationibus rite factis, si nullum obstet legitimum impedimentum, in ecclesia, superpelliceo et alba stola (et pluviali) indutus, adhibito uno saltem Clerico superpelliceo pariter induto, qui librum et vas aquae benedictae cum aspersorio deferat, coram tribus aut duobus testibus, virum et mulierem, quos parentum vel propinquorum suorum praesentia cohonestari decet, de consensu in Matrimonium interroget, praemissa primum si placuerit brevi exhortatione.

Žádám vás, N., abyste zde před Pánem Bohem pověděl, zda jste si svobodně zvolil přítomnou N. za svou manželku.

Respondetur: Ano.

Dále se vás táží před Bohem, uznáváte-li nerozlučnost svátostného sňatku a chcete-li tudíž se svou chotí N. až do smrti v manželském svazku setrvati.

Respondetur: Ano.

Podobně žádám vás, N., abyste zde před Pánem Bohem pověděla, zda jste si svobodně zvolila přítomného N. za svého manžela.

Respondetur: Ano.

Dále se vás táží před Bohem, uznáváte-li nerozlučnost svátostného sňatku a chcete-li tudíž se svým chotěm N. až do smrti v manželském svazku setrvati.

Respondetur: Ano.

Parochus vel Sacerdos officians ad utrumque dicat:

Když tedy oba svobodným a pevným rozhodnutím chcete býti sobě věrnými a dobrými manželi, prohlaste to nyní i před Pánem Bohem a před jeho svatou Církví, podejte sobě pravé ruce a říkejte zřetelně za mnou:

Já N. — беру si тебе N. — za svou pravou a věrnou manželku — a slibuji, — že ti zachovám věnost a lásku manželskou; — tebe nikdy a v ničem neopustím, — nýbrž s tebou všecko, — ať dobré nebo zlé — až do smrti budu sdíleti. — K tomu mi dopomáhej trojjediný Bůh — Otec, Syn a Duch Svatý. Amen.

Já N. — беру si тебе N. — za svého pravého a věrného manžela — a slibuji, — že ti zachovám věnost, — lásku a oddanost manželskou; — tebe nikdy a v ničem neopustím, — nýbrž s tebou všecko, — ať dobré nebo zlé — až do smrti budu sdíleti. — K tomu mi dopomáhej trojjediný Bůh — Otec, Syn a Duch Svatý. Amen.

Mutuo igitur contrahentium consensu intellecto, Sacerdos, stola super sponsorum dexteras junctas posita, voce altiori dicit:

Quod Deus conjunxit, homo non séparet. Co Bůh spojil, to člověk nerozlučuj!

Pán Bůh všemohoucí, Otec náš milý nebeský, rač toto svaté manželství potvrditi, a já též ze svého úřadu kněžského nyní před Pánem Bohem a před celou Církví Kristovou potvrzují mezi vámi toto řádné svaté manželství, a to ve jménu Otce i Syna i Ducha svatého: Ego conjungo vos in matrimónium in nómine Patris, et Fílii †, et Spíritus Sancti. Amen.

Sacerdos accipit aspergillum de manu ministri, et aspergit eos aqua benedicta. Mox sequitur:

Benedictio anulorum

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit caelum et terram.

V. Dómine, exáudi oratiónem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Béne † dic, Dómine, ánulos hos, quos nos in tuo nómine bene † dícimus, ut, qui eos gestáverint, fidelitátem íntegram ínvicem téneant, in pace et voluntáte tua permáneant, atque in mútua caritáte semper vivant. Per Christum, Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Et aspergit anulos aqua benedicta.

Deinde tradens anulos Sponsis potest dicere:

Učiň, ó Pane, aby tito manželé, kteří budou nostiti tyto prsteny, ve jménu tvém požehnané, vzájemnou neporušenou věnost si zachovali, ve tvém míru a v plnění tvé vůle setrvali a v obapolné lásce vždy šťastně žili.

Etiam potest eos alloqui sequentibus vel similibus verbis:

Před Bohem jste slíbili, že sobě zůstanete věrni po celý svůj život, že si budete navzájem pomáhati a že se ve strastech a tísních neopustíte. Zavázali jste se, že pospolu vytrváte, dokud vás nerozloučí smrt. Tyto pak posvěcené prsteny, nerozdílné, bez začátku a konce, jsou jakoby duchovní zárukou, že se ani vaše manželská věnost a láska nikdy nerozdělí. Jimi

potvrzujete, že pevný a nezměněný zůstane váš svazek, který vzal počátek ve jménu Božím a vždy bude ke cti Bohu, jenž nemá ani začátku ani konce. — Přijměte prsten věrnosti a buďte sobě věrni!

Mox sponsus anulum de manu Sacerdotis acceptum imponit in digito anulari sinistrae manus Sponsae, similiter et Sponsa anulum de manu Sacerdotis acceptum imponit in digito anulari sinistrae manus Sponsi, Sacerdote dicente:

In nómine Patris, et Fílii, † et Spíritus Sancti. Amen.

Mox subjungat, stans conversus ad altare:

V. Confirma hoc, Deus, quod operátus es in nobis.

R. A templo sancto tuo, quod est in Jerúsalem.

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.

Pater noster **secreto usque ad**

V. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

R. Sed líbera nos a malo.

V. Salvos fac servos tuos.

R. Deus meus, sperántes in te.

V. Mitte eis, Dómine, auxiliúm de sancto.

R. Et de Sion tuére eos.

V. Esto eis, Dómine, turris fortitudinis.

R. A fácie inimíci.

V. Dómine, exáudi oratiónem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Oratio.

Réspice, quáesumus, Dómine, super hos fámulos tuos et institútis tuis, quibus propagatiónem humáni géneris ordinásti, benígnus assiste; ut, qui te auctóre junguntur, te auxiliánte servéntur. Per Christum, Dóminum nostrum. **R.** Amen.

V. Upevňuj, ó Bože, co jsi způsobil mezi námi.

R. Ze svatého chrámu svého, který jest v nebeském Jerusalemě.

Pane, smiluj se. Kriste, smiluj se. Pane, smiluj se.

Otče náš **secreto usque ad**

V. A neuvod' nás v pokušení.

R. Ale zbav nás od zlého.

V. Spasiž služebníky své.

R. Bože můj, doufající v tebe.

V. Hospodine, sešli jim pomoc ze svatyně.

R. A se Sioni je ochraňuj.

V. Budiž jim, Hospodine, pevnou věží.

R. Proti útokům nepřítele.

V. Pane, vyslyš modlitbu mou.

R. A volání mé k tobě přijď.

V. Pán s vámi. **R.** I s duchem tvým.

Modleme se. Shlédni, prosíme, pane, na tyto své služebníky a dobortivě ochraňuj manželský svazek, který jsi k rozmnožení lidského pokolení ustanovil, aby ti, kteří se tvým působením spojují, tvou pomocí byli zachováni. Skrze Krista, Pána našeho. **R.** Amen.

His expletis, si benedicendae sint nuptiae, Parochus Missam pro Sponso et Sponsa, ut in Missali Romano, celebret, servatis omnibus quae ibi praescribuntur.

Parochus curet, ut sponsi, celebrato Matrimonio, benedictionem sollemnem accipiant, quae dari eis potest etiam postquam diu vixerint in Matrimonio, sed solum in Missa, servata speciali rubrica et expecto tempore feriato. Sollemnem benedictionem ille tantum Sacerdos per se ipse vel per alium dare potest, qui valide et licite Matrimonio potest assistere.

Matrimonium celebretur in ecclesia paroeciali; in alia autem ecclesia vel oratorio sive publico sive semipublico non nisi de licentia Ordinarii loci vel Parochi celebrari poterit. In ecclesiis vel oratoriis Seminarii sive religiosarum, Ordinarius id non permittet, nisi urgente necessitate, ad opportunis adhibitis cautelis.

Nuptiae tempore antemeridiano celebrentur; et quamvis cum licentia Ordinarii post meridiem fiant, instet parochus monendo, ut, si fieri possit, conjuges post copulationem benedictionem nuptialem infra Missam suscipiant.

In matrimoniis inter partem catholicam et partem acatholicam interrogationes de consensu fieri debent. Sed omnes sacri ritus prohibentur; quod si ex hac prohibitione graviora mala praevideantur, Ordinarius potest aliquam ex consuetis ecclesiasticis caeremoniis, exclusa semper Missae celebratione, permittere.

Quando plures simul copulantur, accepto primum singulorum consensu, et rite celebratis singulis Matrimoniis, dictoque pro singulis a Parocho »Quod Deus conjunxit« etc., benedictiones anulorum et reliquae benedictiones plurali numero semel fiunt.

Ceterum, sicubi aliae laudabiles consuetudines et caeremoniae in celebrando Matrimonii Sacramento adhibentur, eas convenit retineri.

Celebrato Matrimonio, Parochus vel qui ejus vices gerit, quamprimum describat in libro Matrimoniorum nomina conjugum ac testium, locum et diem celebrati Matrimonii, atque alia juxta formulam praescriptam; idque licet alius Sacerdos vel a se vel ab Ordinario delegatus Matrimonio adstiterit.

Praeterea Parochus in libro quoque Baptizatorum adnotet conjugem tali die in sua paroecia Matrimonium contraxisse. Quod si conjunx alibi baptizatus fuerit, Matrimonii Parochus notitiam initi contractus ad Parochum Baptismi sive per se sive per Curiam episcopalem transmittat, ut Matrimonium in Baptizatorum librum referatur.